

(1) A letter..

Castris trans terminos

Apud Flumen Assiniboinense

Ante tertium diem Kal. Oct. A.D. 1877

Ad Josephum, Nasorum Perfaratorum Ductorem.

Dur Ingens-- amice bene dilecte: In te, amice, et in meipsum, onus imposuisse fortuna videtur, hominum Rubrorum Septentrionalium omnium, causam suspicere.

Est quod nobis ambobus, cum auspiciis bonis, imo, etiam insignibus, nuper venit. Quamobrem, ad Manitou-am gratias maximas semper deberamus.

Sed quae nunc facienda? In hoc, tecum concilia capessere maxime volui. Non sapienter -tentum est a nobis celare, quod in rebus strictissimis nosmetipsos hodie invenimus. Hic nuper ventum est mihi,--hic in terram Britannicum, ~~manitou-am~~

~~manitou-am~~ --cum omnibus copiis, viribus infractis,-- et hic in monte habui manere. In imperium Britannicum, animo bene affecto semper me gessi. Sed prohi hominum justitia! Istud imperium, cui tam fidenter fretus sum, me in inimicos extrudere jam paratus est. Quare, longius pugnare populorum nostram perditioni esset, puto. Naturae libertati, opibus disparibus, sine fine contendere piget me confiteri, est quod minime fieri possit. Forae campostros, porro, pauciores fiunt in dies, et feminis liberisque vestimenta et frumentum maxime desunt.

His rebus ita existentibus, atque etiam circa pacem nobis legatos hoste mittente, mihi visum est, ut quas conditiones oblatae sunt, eas acciperemus. Ita tibi monco, Manitou-us ipse nunc velle videtur ut vitae modo in quo juvenes, tu et egoipse, instructi sumus, ad eum revertoramus. Sed negare non possum quod haec mutatio mihi fert dolorem. Audi, tunc, quae in hac mente, penna longo inusitata, scripsi:

CANTUM SAP-HEICUM

Finis amorum est; neque restat ultra,  
Virtus aut quid Barbara possit, aut quo  
Tutus hinc me codere. Sed supra me  
Sidet iniquus

Anglicanorum leo. Festinat sol  
Notam ad Australen; tetigitque frigus, quo  
Arbores, herbasque ~~color~~ colore claro  
Inficit omnes.

Atque hyems saevis fera adest procellis.  
In graves ventos opus est certare; et  
Per nives vestem trahere est nobis, quo  
Querere vitam

Vos? duces clari veniam ferentes  
Haud mora vos, O! properate gradum;  
Inde, vere, inter potiones longa  
Tempora sunt hic.

Vos et, O quondam socii laborum:-  
Mi Josepho, et qui nominatus Nubes  
Rubor; et cui tum inculata nomen  
Cauda tributum est.

Tuque Nubem Taggite dictus vero;  
Atque Equus qui cognitus inter omnes  
Americanus; quoque magnus tu vir,  
Torritus Equis